

aboensis iuxta ritum consessum [ϝ: consensum] et beneplacitum heredum meorum bona sua mobilia et immobilia ex hereditate sev quocumque modo per industriam suam sibi succedencia libere ordinandi, commutandi, vendendi, in vltimisq[ue] vite sue de eisdem pro sue voluntatis libito testandi plenariam confero libertatem ratum et gratum finaliter habiturus quicquid per ipsum dominum Henricum factum fuerit in premissis et ne per me seu quocumque [ϝ: quoscumque] heredes meos huiuscemodi ordinacio molestari prepediri seu retractari valeat in posterum presentem cedulam Sigillis virorum discretorum videlicet fratrum predicatorum conuentus finlandensis domini Elau de reso canonicus [ϝ: canonici] aboensis Konradi dilecti generi mei Henrici de lybik et gerardi watherhonæ cum sigillum personale non habui jn testimonium duxi euidens muniendam. Scriptum et actum Anno domini M^o CCC^o XX^o quinto tercio idus aprilis Jn ciuitate Aboensi.

öfverskrift: De prediis in Lunto.

2510.

1325 d. 14 April.

JOHAN INGEMARSSON bortbyter 10 örtugland i Glyttsta i Alunda socken till Hr Nils Abjörns-son mot 7 örtugland, på ett penningland när, i Ramkelsö i Fernebo socken samt ett öreländ och 2 penningland i Åsa.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES INGIMARSSON Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognosco, me nobili domino, domino nicolao abyornason Decem solidos terre, in Glyttistum olandie cum omnibus adiacenciis videlicet siluis. pascariis. pratis et agris prope positis et remote iure perpetuo posidendos dimisisse, Pro quibus mihi appropriauerat septem solidos terre vno denario minus in ramchelsø parochia fernabo, cum vna ora terre et duobus denariis in asi libite preuidendos et ad vsum proprium ordinandos, Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo generi mei nicolai fellerson presentibus est appensum, Datum anno domini, M^o CCC^o, vicesimo quinto in octaua pasce.

Sigillen adliga, otydliga, på remsor, klippta ur brefvet.

2511.

1325 d. 17 April.

ELENA, Andreas's hustru i Qvidlösa, testamenterar penningar till Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, der hon väljer sin graf, samt till flera kloster, gillen, kyrkor m. m.; bestämmer andra gåfvor till enskilda personer och pantsätter $4\frac{1}{2}$ örtugland i Qvidlösa, till säkerhet för fullgörandet af detta testamente.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Jn nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Ego ELENA vxor andree in quidløsu. debilis corpore, sed per dei gratiam mentis mee compos